

Ad
Virum Reverendum Georgium McCawley, S.T.P.
COLLEGI REGALIS VINDESORIENSIS PRÆSIDEM.

EPISTOLA

Primum Anglice a V. R. JOSEPHO H. CLINCH, A. M. eleganter et facete scripta,
deinde a V. R. CAROLO PORTER, S. T. P. Mosis ardentibus Latine versa
jam tandem eadem corrigente manu, versibus paucis adjectis,
aliquantulum emendatur.

Nil magis optarem credas, carissime Preses,
Quam juveni dilecta mihi loca visere rursus,
Dumque Almae celebrant *Encenia* Matris alumni,
Hospes adesce tuo ad festum solenne rogatu;
Atque novum ut tentet Musum instigare volatum,
Qua timidas nisa est alas expandere primum.
Qualia perstringunt oculos spectacula mentis!
Otia quam longo post tempore grata recorder!
Pene iterum consisto inter
Campanaque ruo ad studium resonante vel aulam,
Ausulto prope *Porterum* qua voce solebat
Delectare docens, docuit quæ Græci quondam:
Quanta radices cura effodiebat *Hebraas*,
Verique ad fontes sacros ducebat inertes.
Cernere *Cochranum* videor, qualem ante videbam,
Canitie nivenum lustrorum quinque decemque
Doctrina qui dives, et indole natus acuta
Seria gaudebat dictis miscere jocosis.
Ad formam *Regis*, faciem vocemque recurro,
Dum metri labyrinthum investigare laborat
Grammaticæ caput defendit ab ictibus acer,
Est etiam locus alter, ubi in *regione polari*
Fundeat gelidam claramque scientia lucem
Sed nihil oblectans penetrare subibat in altum
Nil nisi cui sit certa fides, signumque Q. E. D.